

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Christian Friedrich Wagner.

Wagner, Christian Friedrich

Königsberg, 06.07.1802

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-175701](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-175701)

Q. D. B. V.

Christiani Friderici Wagneri vita.

716

Cum audeo, me etiam addere numero eorum,
qui religioni Christianae, qua nihil divinius, nihilq^{ue}
hominum saluti aptius est, propagandae vouent
vitam: optimum fore puto, si vitam meam
breuissimis describam, quasi specimen ingenii
et animi mittam iis, qui curam promouendae
cognitionis Christianae gerunt, ut eo et inge-
nii vim, quam esse exiguum bene scio, et
animi sensus pie Christianos cognoscant.
Qua etiam re, cum rationes reddidero, qui-
bus ductus, consilium cepi, religionem Christi-
anam, quam haud turbato e fonte (sit deo
optimo gratus!) hausi, cum iis etiam
communicare, inter quas vel illa lux splen-
dida religionis non orla est, vel, si etiam
tenebris noctis Dei et Christi beneficio eorum
pauci erepti, firmissimum tamen fundamentum
non iactum est: omnibus facile persuasum
fore, puto, nec commodi cuiusvis externi,

quod multas forsan allioit, spe corruptum;
nec novarum rerum videndi cupiditate cap-
tum, ad hoc munus, Deo adnuente, se habendum
me paratum esse. Quem enim fugiant
pericula varia, quibus opprimi hoc
munere fungentes possint? A quo igitur
proposito, ni hominum salutem vitam nostram
ipsam postponamus, Desistere prudentis erit.
Sed iam ad vitam ipsam.

Natus Graudentii Borussiae occidentalis oppri-
do, anno 1781 p. C. n., pater, qui munus in-
spectoris in munimentis ad Graudentium conden-
dis gerebat, ipse infantia relicta informatori
cuidam, ut primis linguae vernaculae elemen-
tis institueretur, sum traditus. A quo cum haecce
didicissem, institutione alius, qui studiis
theologiae addictus, priuata gauisus sum.
Cum vero pater hydrope duos fere per
annos laboraret: (quo morbo etiam vita
decessit a. 1790 p. C. n.): materque negotiis
occupata ad me respicere non posset: iam
decimum aetatis annum agens vix rudia la-
tinae linguae elementa noueram. Quapropter
mater, quae semper fuit eius in liberos:

(nam fratres quatuor, quorum unus mori-
uus est, habebam): benignitas et amor,
patre mortuo, migrare constituit Regiomon-
tum, quo litteris initiaremur. Breui post
aduentum nostrum misit nos mater
erudiendos in scholam latinam, quam vocant,
Collegii Fridericiani. Cuius inspector pri-
marius D. Wald prof. p. o. theologiae et
ling. graec., cuius nomen reuerentiae causa
dico, mecum ita benigne egit, ut ei, si
quis est ingenii cultus, animique probitas, ac-
ceptum referam. In hac schola linguas
veteres, atque ex vivis gallicam edididici, et
religionis Christianae capitibus, omni theolo-
giae subtilitate, quae, puto, iuuenibus plus
detrimenti quam utilitatis affert, plane remo-
ta, sum institutus. Nec vero alius scientius
alienus permansi, sed omnium earum, quae
hominum ingenium decet, notitiam qualem-
cunque contraxisse mihi videor. Deinde cum
ea addididissem, quae, propaedeutica, studiosis
theologiae necessaria esse existimabam: abhinc
tres et dimidium anni, examine maturus pro-
batus, theologiae studio in hac litterarum
universitate me consecravi. Primo anno,

quo litteris operam dabam, nihil fere
philologia antiqua suavius amabiliusque
mihi visum. Quamobrem omnibus civi-
ribus latinis graecisque, nec non hebraicis
litteris studebam, ita tamen, ut et gallicam,
et alias scientias non negligerem. Postea
vero in theologiae studiis, philosophiae campum
peragrato, plurimum temporis consumpsi,
et quo vehementius in eam incumbebam,
eo magis religionis Christianae praestantiam
mirabar, eiusque benignitate commovebar.
Nec quidem infitias ire velim, me ipsum, neo-
logiae, quam vocant, raro splendore aliquot
per tempus obsecratum fuisse, sed, deo sit
gratia! paullo post huius infaniae medici
omnibus viribus conabar. A quo morbo
ut plane valerem, consuetudo, quaecum
optimis viris mihi est, multum contulisse
mihi videtur. Apud D. Wald, cuius supra
reuerenter mentionem iniici, in gratia ea-
dem, quae antea eram, permansi. Qui
etiam primus, qua via ad theologiae stu-
dia accederem, necesse esset, mihi monstravit,
nec non libros necessarios suppeditavit.

Praeterea D. Schultz p. p. o. theol., concionalor au-
licus primar., elotr., vir et eruditionis amplio-
ris et virtutis spectatae, cuius praelectionibus
diligenter aderam, me in suam recepit gratiam,
benignumque se mihi praeiuit. Sed de his viris
optimis, quos aequae ac paternae colo, nihil:
quoniam virtutis praconium fumum, virtus
ipsa, nec gloria est.

Ut ad priora tempora redeam, breui post, quum
e schola dimissus eram, sodalis seminarii
scholastici, cuius director D. Wald, factus,
obis Kelchitz, quoniam ob ingenii excellentiam, moresque
antiquos, mea vita cariorum habeo, notitiam
acquisivi. Tum statim morum similitudo et
scientiarum, quo nostrum uterque tenebamus,
tam firmis amicitiae vinculis nos coniunxit,
ut, nisi violentia, nulla re dissolui ea posse,
mihi persuasum sit. Cum postea duobus ab-
hinc annis munus praepositionis ordinarii in
schola Coll. Fredericiani, mihi oblatum subire
inciperem, Dei benignitate et gratia factum
est, ut arctius adhuc amico, quem modo
laudavi, coniungerer, quoniam et munus idem
multum ad amicitiae constantiam conferre solet.

Sed ad finem prospero.

Torte hiorie diebus evenit, ut D. Walz de
litteris, quas ad se dedisset D. Knappse vir summe
venerandus, mecum loqueretur, atque summam
epistolae communicaret. Mani dein notam
Keldio faciebam. Quo facto nostrum uterque,
consulto, sponte, nullo cogente, nec a pro-
posito distrahente, nullo denique praeiudicio
capiti consilium iniimus, in Indiam
Orientalem, Deo optimo fauente, sine quo
omnia hominum consilia vana sunt, migra-
re, ibique omnem curam studiumque in
cognitione Christiana promouenda ponere.
Quod eo magis nobis ex animo cessurum
esse putabamus, quoniam et facultatem
novas linguas brevi tempore ediscendi
nobis non denegatam esse, nec animum
nobis, et sensus pie Christianos deesse
intelligebamus.

Quibus dictis, reliquum est, ut Deum
optimum eiusque filium benignum, cui
inprimis salus hominum curae cordique,
modeste et sincere rogem, ut consilio, quod
unice religionem Christianam propagandam

spectat, nostro laeant, quodque cupimus, pro-
moucant, nec primum manere sinant desiderium
propositum nostrum. Firmos et duros aduer-
sus pericula, quae forte nos manent, quibusque
obuiam ire non dubitamus, reddat nos Deus,
suique fiducia adeo impleat, ut ad Christi
exemplum, mortem ipsam, si pro confessi-
one religionis Christianae postuletur, timidi-
ne fugiamus! Potibus denique caelestibus,
spirituque suo diuino, quo lati, quid verum
salsumve sit, plane diiudicare possimus,
nos donec Deus, precor!

Scribet. Vlante Id. Jul. MDCCCII.